



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Morbi initia. 57

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

VBALDINI. 119

permisit, vt commilitones in circulis, quibus ipse adesset, seciùs de præsidum scitis, quàm conueniebat, loquerentur. In quo ipso argumento, si quis importunior obstreperet, nec placare infensum ipse posset, adstabat vultu ad grauitatem composito: & animo aliorum conuerso, vel nihil eorum, quæ temerè effutiebantur, auscultabat; vel prorsum è circulis elapsus, ne per obtretantium contagia præsens contaminaretur, discedebat.

LVII. Morbi initia.

I Am postremò, quod indidit Natura lapidibus, vt ex alto præcipites dati, tanto incitatiùs ferantur, quanto proximè centrum attigerunt; id cõtulisse Vbalduino Gratia videtur: qui quo pro-

propius vitæ metam aberat, co-
 maiore virtutum vi æstûque a-
 gobatur. Igitur ex ea viuendi,
 qua de diximus consuetudine
 morbi illius, quem supremum
 habuit, initia prodire; Et appa-
 ruerat ægritudo primùm non
 pro eo, quam erat, periculosa:
 paucis tamen diebus continua-
 ta, in lethalem euasit: cuius cur
 putetur ipse præfagia cepisse, su-
 spicionem fecit syngrapha, post
 obitum reperta. Præsides simul
 ægritudinis statum videre, nego-
 tium dant, vt ad valetudinarium
 delatus, opportuniùs conquie-
 scat. Sed is commodùm eò de-
 portatus, accersit patrem, apud
 quem animi sui noxas continuo
 detergat, aperit suum moriendû
 desiderium; atque hîc velim, in-
 quit, concludere, quod reliquum
 est

est vi
 huius
 hîc,
 viuat
 cturu
 prou
 ad cu
 ter op
 rogar
 da. A
 mis v
 quicq
 fit, id
 dine l
 ment
 hoste
 sub m
 que a
 spera
 mach
 tat, co
 anima

est vitæ. & quantulum tamen
 huius est reliquum? moriamur
 hic, pater moriamur, vt alibi
 viuamus. At pater, rectius fa-
 cturum, dicere, si curam hanc
 prouidentię numinis permittat:
 ad cuius nutum, vti mors liben-
 ter oppetenda, sic neq; vitæ pro-
 rogandæ consilia sint detrectan-
 da. Æger obsecurus, ardentissi-
 mis votis cum Deo tranfigit, vt
 quicquid ex eius maiori gloria
 sit, id omne de se suâque valetu-
 dine statuât. Secundum hæc in-
 mentem venit, consuesse stygios
 hostes, admissa vitæ facinora
 sub mortem cuique reducere; at-
 que ab eorum aspectu, salutis de-
 sperationem moliri. Quas Orci
 machinas, quò maturè præuer-
 tat, concipit illicò vehementem
 animi dolorem de noxijs, quas

F

ab

ab vltima pueritia, sciens nesciensque traxisset; atque ab earum detestatione, ad benè sperandū erectus; causam omnem, Deo Deique parenti commendat. addito etiam; si in eo Dei gloria verteretur, vt ipse pro meritis penas quantascumque penderet, voluntati tam iustæ, nullis querelis intercessurum.

LVIII. Medicina celo petita.

INterea adesse medici, & ægro pharmaca: quæque alia tempus monebat, properare. Ea omnia tametsi insuauiā & aduersa, refugiente sensu fortiter perharriebat, nulla in re, quam imperassent, morosus: nisi quod semel sibi credidit impunè esse, vt medici placita dieculam vnā differret. Id ob huiusmodi causam

sam

sam
bu
die p
ad E
stum
ris p
lauit
filiij
opor
med
men
mitt
hoc p
tur;
gnæ
festa
quā
Euch
ciet n
de est
ueri
tionu